D. KAROLI
III. IMP. AVG.
CRASSI DICTI,
CONSTITVTIO
DE
EXPEDITIONE
ROMANA,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Von Dem

Römerzug/

Illuſtrata commentario

MARQVARDI FREHERI V. CL.
CONSILIARII ARCHIPALATINI,
Nunc
cum mantiſsâ edita
curâ

JOACHIMI CLVTEN
MEGALOPOLITANI,
JV.D. ET P.P.

(o)

AVGVSTÆ TREBOCORVM.
Typis RIHELIANIS.

Anno M. DC. XXVII.

39

KAROLI III. IMP. AVG. CRASSI DICTI, CONSTITVTIO DE *EXPEDITIONE ROMANA.*

Von dem Römerzug.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

KAROLVS divinâ favente gratiâ, Rex Francorum & Romanorum.

1. *SI prædeceſſorum noſtrorum morem ſequimur, non ſolùm præſentibus, ſed & ſuccedentibus ſubvenire nitimur. Hac de cauſa univerſorum cognoſcat experientia, qualiter dum pro noſtrâ conſecratione coronæq; perceptione proficiſcendi tempus ad Apoſtolicam ſedem inſtaret, cum quàm*

393

multis Principibus annum VVormatiæ tranſegimus, ibique omnem Reipublicæ ſtatum utilem & honeſtum confirmare, nocivum atque contrarium radicitus extirpare decrevimus. Interim dum hæc agerentur, caſu contigit, Principes cum Militibus de Romanâ expeditione, quæ tunc inſtabat, acerbè contendere, cõſtringentes eos multò plures halſpergas de beneficiis ſuis ſibi ducere, quàm illi fatentur ſe poſſe, vel jure debere. Sed quando hoc non ab aliquo anteceſſorum noſtrorum terminatum fuerit, duximus dignum, ut eorum altercationi finem commodum imponeremus, atque decretum & certam aliquam legem ſuper omni Romanâ expeditione concederemus.

2 *Statuimus ergò & decrevimus, cum conſenſu tam Spiritualium quàm Secularium Principum, ibidem nobiſcum aſſidentium, quando pro coronâ noſtrâ, vel aliquâ regni utilitate aut honore, Romana expeditio à nobis vel à ſucceſſoribus noſtris præparetur, ad omniũ nobiſcum euntium præparationem, annus cum ſex hebdomadibus pro induciis detur, & pertotum*

tum taliter regnum fidelibus noſtris indicetur. Cuicunque autem ſecundum hanc legem eadem expeditio imperetur, ſi ad curiam Gallorum, hoc eſt, in campum, qui vulgò RVNGALLE dicitur, dominum ſuum non comitetur, & ibi cum militari apparatu non repræſentetur, feodo (præter hos, qui cum gratiâ Dominorum ſuorum remanſerunt) in conſpectu noſtro, abſque ſpe recuperationis privetur.

3 *Qui autem per hominum ſive liberi, ſive famuli dominis ſuis adhæſerint, quot decem manſos in beneficio poſſideant, tot brunias cum duobus ſcutariis ſingulas marcas accipiant: & ſic eundo & redeundo cum hoc ſtipendio, ſine omni Dominorum damno vel expensâ, niſi quantum ipſis dominis placuerit, fideliter ſerviant.*

4 *Si autem fortè (quod abſit) accidat, ut ijdem milites diverſos dominos propter diverſa beneficia acquirant, ne aliquod beneficium indebitum vel ſine ſervitio remaneat, ſinguli ſingula debita ſingulis dominis perſolvant: videlicet, quantum ab ipſis, ſi irent, accepturi erant,*

394

tantum ſe daturos cognoſcant; vel in præfato loco (ut dictum eſt) feodum amittant: ſed ſtipẽdia, niſi voluntate dominorum, non prætermittant.

5 *Similiter de Eccleſiarum filijs vel domeſticis, id eſt, miniſterialibus, vel quorumcùnque Principum clientelâ, qui quotidiè ad ſerviendum parati eſſe debent, ſtatuimus, ut quicunq; quinque manſos in beneficio poßideant, domino ſuo, ad quem pertinent, bruniam cum uno ſcutario ducant. Et hoc in arbitrio dominorum pendeat, quos ducant: à quibus ſtipendia accipiant, quibus halſpergas concedant. Ipſis & ad itineris præparationem quinque libræ ſuæ monetæ in ſtipendium tribuantur, & duo equi, unus currens, alter ambulans, addatur; ac duobus ſociis ſoumarius victualibus benè oneratus committatur; qui ab ipſis ad opus Dominorum diligenter cuſtodiatur. Ipſi quoque in Dominorum tam diu vivant procuratione, quàm diu in inceptâ vadant expeditione: & quicquid à rebellibus Regni pugnando acquiſierint, partes duas ad dominos deferant, tertiam ſibi pro conſolatione*

ſolatione retineant. Quos autem non paſcunt Domini, ad ipſos reportent tertiam partem acquiſiti ſui.

6 *Singuli verò Principes ſuos habeant officionarios ſpeciales, Marſcalcum, Dapiferum, Pincernam & Kamerarium : Qui quatuor quantò plus ſunt laboraturi, tantò plus in ſtipendio, in veſtitu, in equitatu præ ceteris ſunt honorandi ſcilicet, & unicuique iſtorum decem libræ cum tribus equis tribuantur : quartus Marſcalco addatur; quorum unum ad præcurrendum, alterum ad pugnandum, tertium ad ſpatiandum, quartum ad loricam portandum. Iſti verò tales remanere cupientes, ſi apud Dominos impetrare valeant, quot manſos poſſideāt...... monetæ, vel totū fructum feodi in illo anno pro ſtipendio perſolvant.*

7 *Ut autem noſtrum Imperium ab omnibus habeat ſupplementum, hoc conſtituimus & firmiter præcipimus, ut ſinguli buringi decem cum duodecim funibus de canapo ſolidos Dominis ſuis impendant, & inſuper ſoumarium cum capiſtro concedant, quem, ſi Domini voluerint,*

luerint, ipſi ad primam navalem aquam uſque perducant. Manſionarius quinq; ſolidos: Abſarius triginta denarios: Bunajarius quindecim; quorumlibet larium poſſeſſores ſex ſuppleant.

8 Et ut hæc noſtri decreti auctoritas, inviolabilem & incorruptā in Dei nomine apud omnes ſucceſſores noſtros obtineat emunitatem, cunctis Principibus qui aderant aſtipulantibus, manu propriâ ſubter eam roborare decrevimus, & annuli noſtri ſigno aßignari jußimus.

Signum Karoli glorioſißimi Regis. Hernuſtus Notarius ad vicem Lutvvardi Cancellarij recognovi. Data VIII. Idus Junij, Anno ab Incarnatione Domini N. I. X. DCCXC. Regni autem ejus XXII. ante conſecrationem. Actum VVormatiæ feliciter. Amen.

CVNRA-

CVNRADVS Ritterſhuſius, Juriſconſultus inſignis & Anteceſſor Norico-Altorphinus quondam celeberrimus, hoc diploma, in Germaniâ, formis æneis deſcribi & luci committi primus curavit, Tubingæ anno 1598. Sic enim ſcribit in appendice notarum in Guntheri, Poëtæ clariſſimi, Ligurinum, ſeu opus de Rebus geſtis Imp. Cęſaris Friderici I. cognomento Ænobarbi, ſive Barbaroſſæ, pag. 203. Cum iam haſce Notas ad Typographum miſiſſem, venit ad me Epiſtola humaniſſima, à Marco Velſero, Exconſule & Septemviro Auguſtano, quem virū ſummâ humanitate in ſummâ dignitate præditum, etiam alibi horum commentariorū laudavi. Ea incluſum habebat Diploma Karoli Magni, nuper in vetuſtiſſimo libro repertum: quo nō fruſtrà putavit egregius ille antiquitatis indagator, hanc editionem Guntheri noſtri ornatiorem prodire poſſe, cùm ex eâ ſumi poſſint non pauca, quę ad illuſtrandam deſcriptionem Roncaliarum, quæ extat initio lib. 2. Guntheri, conducant. Epiſtola Domini Velſeri hæc eſt: *Ligurinum tuum, mi Ritterſhuſi, lucem nondum aſpicere exiſtimo. Ei itaque exornando, quò gratior in publicum prodeat, Karolinum hoc Diploma, in veteri manuſcripto libro nuper inventum, mitto. Tu animum iſtum, tibi in omnibus rebus gratificandi, boni nimirum conſules. Vale. Auguſtæ Vind. XII. K. Octob. An. Chriſt. 1597.*

396

MARQVARDI FREHERI J.C. ET CONSILIARII ARCHIPALATINI

Commentarius.

PRocerum & vaſallorum Imperij omnis ordinis officium, & ſervitium Imperatori debitum, vel primum hoc eſſe, ut Regem Romanorum ab Electoribus creatum, & ſolenni ritu Romæ in Auguſtum conſecrandum & coronandum, honoris & majeſtatis ergò illuc comitentur; nemo tam hoſpes apud nos eſt qui ignoret. De eâ profectione multa in ipſis Feudorum libris mentio extat: quā Lotharius Imp. *lib 2. Feud. t 52. de prohibit. feud alien. per Lothar. feliciſſimam noſtri numinis expeditionē.* & Fridericus *d. lib. 2. Feud. t. 56. Quæ ſint Regalia feliciſſimam regalis numinis expeditionem* vocant; imitatione Theodoſij & Valentiniani Impp. in *l. Jubemus 10. l Neminem. 11. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Vt autem Cæſarem Principes & proceres, pro nexu ſuo quo Imperío tenentur, comitari debebant, majori aut minori numero & apparatu, pro principatuum & feudorum ſuorum ratione; ita ipſi rurſus clientes & beneficiarios ſuos in profectionem hanc comites & aſſeclas trahebant, ſimili proportione beneficiorum facultatumque habitâ. Quę illorum ſequela noſtrate eius ævi voce *Hoſtenditia* dicebatur, ut mox exponemus. Duravitque inſtitutum per aliquot jam ſecula, ad patrum uſque memoriam; donec eam unctionem & coronationem, ut ſuperfluam & gravem, Cæſares ipſi inſuper habere cœperunt, *electi Imperatoris* titulo contenti. Fueruntque ſuperiori ævo eam in rem

vires

vires totius Imperij, eiusque ordinum ſingulorum, majorum, minorum, medioxumorum, ſigillatim conſignatæ in eam quam *Matriculam Imperij.* vocamus. Ne jam de illâ Romanâ expeditione, ex publicis Comitiorum actis cuivis obvia hoc loco cum tædio repetamus.

Id pervetus adeò inſtitutum eſſe, à Francorum uſq; temporibus receptum, & modũ jam tum Hoſtenditijs datũ, vetus hæc noviter reperta Carolina cõſtitutio fidem facit. Quam quidem hactenus ignoratam & ſepultam, nuncque primùm in lucem revocatam, magno viro, & (quod unum dicere poſſum) præconijs noſtris majori, MARCO VELSERO Exconſuli & Septẽviro Auguſtano, grata poſteritas debere ſe nobiſcum lubens fatebitur. Eam enim in codice manuſcripto benè veteri, in quo cum Bojorum leges illæ caſcæ, tum ſacra quædam continebantur, primus invenit, fideliter deſcripſit, liberaliter nobiſcum communicavit. Idemq; ſubdubitantem me, & cum ob alia, tum FEODI vocem (quam equidem tam antiquam eſſe abſque hoc nunquam crediidiſſem) in ſuſpicionem falſi, aut ſaltem interpolationis diploma vocantem, auctoritate ſuâ cõfirmavit, & dubitatione omni liberavit; voculam ullam à malâ manu eſſe vix me ſuſpicaturum aſſerens, ſi autographum, unde deſcripſit, oculis inſpicerem. Quãvis iam ſatis ipſo rerum verborumque genere veritatem ſuam tueri poterit apud eruditos, qui eius ſeculi, quo natum eſt, ſermonem Geniumque cognitum habent. Quod nos vix multo tandem ſtudio conſequuti, tam illuſtre antiquitatis Germanicæ monumentum (quo nullum ad rem Feudalem illuſtrandam aptiùs ab eo tempore, quo Feudorum libri manibus hominum teruntur, in lucem venit) neque ab eo, ad quem pro-

397

priè pertinet, loco excluſum diutiùs relinquere, neque nobis in id obſervata (quantum quidem hactenus in eo enucleare potuimus) publico invidere voluimus.

K*AROLVS*] Cum ſimpliciter ponatur, non addito *Secundus* vel *Tertius*, non eſt quòd quis ideò ad *Magnum* referat. Obſtant fortaſſe alia etiam; ſed illud validiſſimè, quòd *Anteceſſorum Imperatorum* meminit, eo quidem modo. Sed nec ad *Quartum* detrahi ſe patietur, ut primâ fronte aliquis putet, qui multa ab illo Cæſare ſuper hac expeditione Romanâ in *Aureâ Bullâ* ſancita videat; neque tamen illius ſeculi & hujus diverſitatem in rebus verbiſque cognitam habeat. Sed ex ſubſcriptoribus rectiſſimè de tempore conſtitui poterit, ex quorum nominibus, alijſque conjecturis liquidò probabimus, Carolo tertio, Ludovici Regis F. *Craſſo* dicto, eſſe adſcribendum.

Rex Francorum & Romanorum] Nondum Aug. & Imp. ante conſecrationē, ut eſt in ſubſcriptione.

Proficiſcendi tempus] quod Regino Abbas Prumienſis, Trithemius, Aventinus, Mutius, Sigonius ad annum Domini DCCCLXXXI. referunt.

Annum VVormatiæ] Comitia agēdo: ubi Boſo ille, regij nominis per Burgundiam uſurpator ſe dediderat, aliaque tranſacta fuerant, quæ Avētinus refert. Sigonius *lib. 5. de regno Italiæ: Craſſus firmandi regni cauſa Kal. Nov. anno. 882. conventum VVormatiæ habuit.* Non omittam hoc loco Karolum Magnum, eo ipſo, qui huic diplomati adſcriptus cernitur, anno (ſed malè, ut docebimus) eodem in loco reſediſſe, quod optimi illi annales Pithœani docent: *Hic annus à bellorum motibus quietus fuit, quem Rex apud VVormatiam tranſegit.*

Principes cum militibus] ſub vaſallis ſuis. Nam Principes & Comites, qui vaſſi & Capitanei ſunt Imperij, militibus & equitibus de ſuis feudis aliquid largiendo, vaſallos & valvaſores ſibi faciunt, eaque beneficia Feudi jure optimo cenſentur. At quicquid hi in alios deinceps de ſuis feudis gratuitò conferunt, quos *Valvaſinos* vocant, id Feudi jus & vim non habet, ſed precarij ſimplicis inſtar, etiam abſque illorum culpâ, à dante ad lubitum revocari poteſt. *1. Feud. t. 16. de Feud. dat. minim. valvaſo rib.* Niſi (quæ exceptio huc ad locum pertinet) hi valvaſini, ſuos illos ſeniores in hac expeditione & exercitu Romam comitati ſint. *1. Feud. t. 1. in fin. & t. 7. de Natur. feud.*

Acerbè contendere.] Quam contẽtionem etiam ſequentibus temporibus frequenter incidiſſe apparet, ex Lege Longobard. *lib. 1 t. ult. cap. ult. & Feud. lib. 2. t. 55. de prohib. Feud. alienat per Frideric.*

Plures halſpergas.] Diu multumque hęc me vox exercuit, quam nec alibi legi, audivi, nec doctiſſimis amicorum conſultis diſcere potui. Obverſans animo ſimilis compoſitio in *Halebreda, Halebarde, Halecret*, quin & *Helmo*, & *Heaume*, atque adeò *Haubert*, ad communem Halſpergæ cum illis fontem me tandem deduxit. Nam *Alberga* Italorum, & *Esberge* vel *Heberge* Gallorum nihil huc facit. Jam igitur expedio, *Halſpergam* priſcè & propriè eſſe thoracem vel loricam, ſive ex laminis compactam, ſive ex annulis orbiculisq; contextam, quam Frãco-Galli adhuc *Haubert*, *Hauberge*, & *Haubergeon* appellãt. Vnde vetus proverbium illorum: *De maille à maille on faict le haubergeon*, id eſt, ab annulo ad annulum tandem conficitur lorica, atque adeò cataphractus. Eſt autem vox

398

vetus Francica ſeu Germanica, quam uſu quidem deſitam, tamen in libro veterum Cantionum, *Heldenbuch* inſcripto, frequenter legimus.

Parte I. *Ottnit der ſprach mit liſten,*
Noch bin ich vngevverth,
Dich kan doch nit geſriſten
Dein halſperg vnd dein ſchvvert.

Et poſtea: *Mit Zuchten (ſprach der Kleine)*
Du biſt nit eins VVeibs vvert,
VVas vvolteſtu ſo reine,
Fuhren halſperg vnd ſchvvert.

Et mox: *Da ſprach der Lampartere,*
Ich bin noch vngevverth
Geb vnd bring mir doch here
Mein halſperg vnd mein ſchvvert.

Et parte II. *Da entſtrickt ſie den herren*
Die frauvve lobeſam,
Schild vnd ſein ſchvvert mit ehren,
Helm, Halſperg ſie da nam.

Et parte III. *Da dieſe ſtarcke Recken guet,*
VVol zu dem ſtreit kamen geſprungen,
Ire halſperg gar laut erklungen.

Et ne etymon etiam neſciamus, ſic dicta quaſi munimētum colli, quæ collum tegat (id enim eſt *bergen*, quâ formâ Saxones dicunt, *ſe ſind geborgen*, ſervati ſunt è periculo) eadem compoſitione, quâ galeam idem ævum *Hauptach* dixit, quod tecti inſtar ſit vertici. Eodem loco:

Ich gib dir fürſte vverde,
Ein guetes haubet-tach,
Das man auff aller erde
Kein beſſers nie geſach,
VVem es auch iſt erlaubet,

Das er

Das er den Helm auffſtreit,
Dem Kieſet man ſein haubet,
Ein gartzeraſte breit.

Halſpergas igitur tot ducere, tot eſt cataphractos & loricatos ducere, in quibus ſplendor & robur totius agminis præcipuum Livius *lib. XXXVII. His tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipſi appellant) adjunxit.* Hiſtoria Miſcella *lib. XXI. Uſque ad viginti ſcaphas remanſerunt, habentes centenos loricatos ad has cuſtodiendas.* Et *lib. 20. Miſit tria millia loricatorum ad circumdandum eum ne fugeret.* Pro loricatis porrò etiam loricas μετωνυμικῶς ſcriptores noſtri amāt dicere; & promiſcuè modò illos, modò has ijdem. Helmoldus in Hiſtoriâ Sclavorum, *lib 1. cap. 88. In hūc modum rebus compoſitis profectus eſt Dux in Longobardiam cum mille (ut aiunt) loricis, habens in comitatu ſuo Adolphum Comitem.* Et *lib. 2. c. 13. Filius quoque Regis ex concubinâ natus, Chriſtophorus nomine, cum mille (ut aiunt) loricis venit Aldenburg, & percuſſerunt maritima ejus.* Idem *cap. 52. Elegit de exercitu mille loricatos, ibiq́ in occurſum exercitus.* Anton. Florentinus *part. 2. tit. 6. cap. 13. Inventi ſunt habere peditum ſexcenta millia; equitū verò loricatorū cētum millia.* Et *lib. 17. cap. 8. In ſolo domini Imperatoris comitatu equitū loricatorū erāt ad ſeptuaginta millia, abſq; peditū copijs.* Hinc feudū Loricæ, apud Sigebertū Gēblacēſē anno 1560. de expeditione Henrici Regis Anglorū, qui locus multū huc facit. *Rex igitur Hēricus iturus in expeditionem prædicta, & conſiderans longitudinem & difficultatem viæ, nolens vexare agrarios milites, nec burgenſem, nec ruſticorum multitudinem, ſumptis ſexaginta ſolidis Andegavenſibus in Normanniâ de feudo uniuſcujuſq; loricæ, & de reliquis omnibus, tam in Normanniâ, quàm in Angliâ, ſive etiam alijs terris ſuis, capitales Barones ſuos cum paucis ſecum duxit, ſolidarios verò milites innumeros.* Eſt autem id feudum, quod

militi

militi aſſignatur eâ lege, ut ad edictum præſtò ſit in armis loricatus ſive cataphractus. Quod feudũ Haubericum, *fief de haubert*. Franci & Normanni etiamnum vocant, ut legimus Conſuetud. Normand. cap. 85. *Celuy qui tient fief de haubert, doit deſervir ſon fief par pleines armes, par le cheual, par le haubert, par l'eſcu, par l'eſpée, par le heaulme.*

Anteceſſorum noſtrorum] Karoli M. Ludovici Pij, Lotharij, Caroli Calvi, Ludovici Balbi. Qui tamen omnes in Vrbem ad Auguſtum nomen adipiſcendum cum ſelectis copijs profecti fuerant.

Concederemus] Fortè reſcribēdum, *Conciperemus*.

Pro coronâ noſtra] Argenteâ Mediolani, aureâ Romæ accipiendâ, ferreâ iam Aquiſgrani à Colonienſi antiſtite acceptâ. Qua de re Petr. de Andlo *in lib. de Romano Imperio ad Fridericum Imp. lib. 2 cap. 6.* latè agit, & liber Ceremoniarum Pontificalium; nec non Andr. Alciat. *in libello de formulâ Rom. Imperij.*

Regni utilitate vel honore] Pro conſervatione Italiæ, Apuliæ, Liguriæ, pacatione rebellium. Nam in bellum ſacrum contra infideles non niſi voluntarij ibant.

Nobiſcum euntium] Hi qui ſint, exponit vetuſtiſſimus auctor de Beneficijs, §. *12. Rex quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, ſecum ibunt de jure ſex Principes, qui primi ſunt in ejus electione, ut pateat Apoſtolico Regis juſta electio. & §. ſeq. Ibunt illuc & alij omnes imperialia beneficia habentes, quiſque cum domino ſuo, niſi talento decimo iter redimat*; Sed tamen cis-Salani præcipuè. §. 10. *Omnes tranſ Salani in beneficiatum in parte Orientali ſerviant, in Poloniam, Sclaviam, & Bohemiam.* De quo aliàs commodiùs.

Annus

Annus cum VI. hebdomadib.] Idem auctor §. *9. Regis juſtum ſervitium à Domino ſuo ſententialiter praeceptum, anno & ſex hebdomadis ante diem expeditionis, in duorum hominum ſuorum audientiâ, ſerviat (inquam) ex juſtitiâ intra terram Teutonicam Romano regno ſubditam.* Et § *14. Hac expeditio prius tribus diebus & anno & ſex hebdomadis, ante diem expeditionis cuilibet ex juſtitiâ erit intimanda.*

Indicetur] mox, Imperetur. Auctor de Beneficijs, Sententialiter præcipiatur. *d.§.9. & §.56. & §.108.* Hæc indictio ſcripto aut voce præconis fiebat, quæ & *Bannus* illâ Latinitate dicebatur, & mulcta emanentis *Heribannus.* Et indicebatur in duorum hominum ſive comparium præſentiâ, ut *d.§.9. & lib.2. Feud. t.54. de Allodys. circ. fin. Si de vocatione legitimâ à Domino ſuo convinci per compares ſuos poterit, feudum perdat; & dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem.*

Curiam Gallorum] Sic Latinè expreſſit nomen loci Rungalle. Roncalias poſteriores dixêre. Manſitque inſtitutum hoc rigidè, à Francis ad Saxones & Suevos propagatum, Conradi etiam, Lotharij, & Friderici ævo, ut ex libris Feudorum apparet. Otho Friſingenſis *lib.2. de geſtis Friderici I. Cæſaris. cap.12. Inde caſtra movens in campo Roncaliæ ſuper Padum, non longè à Placentiâ, menſe Novembri reſedit. Eſt autem conſuetudinis regum Francorum, quæ & Teutonicorum, ut quotieſcunque ad ſumendam Romani Imperij coronam, militem ad tranſalpizandum coëgerint, in prædicto campo manſionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto ſcutum ſuſpenditur, univerſorumque equitum agmen ſeuda habentium, ad excubias proximâ nocte principi faciendas, per curiæ præconem expoſcitur: quod ſic ſtantes qui in eius comitatu fuerunt, ſinguli ſingulos beneficiatos ſuos per præcones expoſcunt. At ſequenti die qui-*

cunq; nocturnis vigiliis defuiſſe deprehenſus fuerat, denuò ad præſentiam Regis, aliorumq; Principum, vel virorum illuſtrium evocatur: ſicq; omnes omnium beneficiati, qui ſine bonâ voluntate dominorum ſuorum domi remanſerunt, in feudis condemnantur. Guntherus *lib. 2. Ligurini*, ita expreſſit: *nu. 35. edit. Rittershuſ.*

Roncaliam properat rapidis attingere caſtris.
Eſt locus Italiæ, modicùm ſejunctus ab Vrbe,
Cui quia pulchra ſitu placet, inde Placentia nomen,
Planus & Eridani placido junctiſſimus amni,
Effundit latos ſpecioſo limite campos.
Hic quoties claram Regnator tendit ad Vrbem
Teutonus, Auſoniam ſumpturus ritè coronam,
Ponere caſtra ſolet: ligno ſuſpenditur altè
Erecto clypeus: tunc præco regius omnes
Convocat à dominis feudalia jura tenentes.
Excubias Regi primâ celebrare fideles
Nocte, vetuſtorum debent ex more parentum.
At quicunq; domi Domino nolente relictus,
Defuerit, feudo privari Curia cenſet.

Feodo ſuo] Hanc vocem non credebam tam antiquam, ſed Friderici demum ævo cum uſibus & conſuetudinibus illis natam. Perlegi tot diplomata, tot annales, tot veteres memorias, *Feudum* nunquam, *Beneficii* ſemper inveni. Habeo librum de Beneficijs antiquum, Conſuetudinibus illis vulgatis vetuſtiorem; nimirum, cum penes Saxones Imperium eſſet, ſcriptum; quem, cum primum otium erit (Deo juvante) in publicum dabimus. In eo nec ſemel *Feudi* vox, nec *Feudalis*, nec *Infeudati*; ſemper *Beneficij*, *Beneficialis*, *Inbeneficiati*, ita conſtanter ut ſi vox altera ignota prorſus fuiſſet. Nunc credo ſide hujus diplomatis eſſe antiquiorem: quæ tamen

(quod

(quod mireris) nec ſemel in totis Legibus Carolinis apparet. Poſteà demùm ſub Henrico IV. occurrit apud Abbatem Stadenſem, ita ſcripta, *Pheodum*, ut in Chronicis Flandriæ ſub Wilhelmo Imperatore *foedum*. Sed de his aliàs pluribus.

Qui cum gratiâ] Otho dixit, *bonâ voluntate dominorum*. Guntherus; *Domino nolente relictus*. Hinc & infrà: *quibus halſpergas concedant*.

Privetur] Judicio curiæ (ut Guntherus ait) condemnatur, ait Otho: quod notandum ad Feudiſtarum contentionem, utrum ſententia privationis requiratur.

Per hominum] Delendum *per*, vel ſcribendum, *per hominium*, id eſt, vigore debiti & officij ſui.

Adhæſerint] In comitatu hujus expeditionis, ubi à latere dominorum (ut ſic dicam) non recedent.

Quot manſos] Manſum variè exponunt. Aventin. *lib.* 3. hubam & manſum, quæ bigis aretur; curtim & hoſam, quæ quadrigis. Amerbachius putat eſſe jugerum, & quaſi à menſurâ manſum dici: quem ſequitur Hotomannus, inductus conſonantia vocis *Mensmat*. Rectè Cujacius & Pithœus, eſſe prædium, fundum, heredium, unde tueri colonus ſe & familiam commodè poſſit, ac inſuper vectigal & cenſum domino præſtare. Idq; ex Capitularibus & monumentis omnibus Carolinis abundè apparet. Denique *manſum* & *curtem* promiſcuè dicit ipſe Gerardus, *de Feud. lib.* 1. *t.* 4. *Si de inveſtit. feud. controverſ.* § *Si quis de manſo*. Nec poteſt eſſe feudum inferius uno manſo, vel ſaltem dimidio, ut tradit auctor ille *de Beneficijs* §. 37. & *tit. de Ordine placitationis* § 58.

Tot brunias] Supra dixit *loricas*, ſive *halſpergas*, pro

401

loricatis; nunc brunias. Idem autem eſt *Brunia*, veteri Francâ & Saxonicâ voce, quam adhuc legimus in cantilenis illis veteribus & fabuloſis, *Im Heldenbuch.*

Darumb vvil ich euch geben
Ein brinne VVuneſan,
Die Kein Herr in ſeim leben,
Nit beſſer mag gehan.
VVol achzig tauſent marcke,
Iſt dieſelb Brinne vvert,
Zu dem geſchmeid vnd ſtarcke,
Gib ich euch ein gut ſchvvert.

Et parte II. *Sie Kundten helme havven,*
Vnd auch die Brinne gantz,
Das man ſie muſt anſchavven,
Mit manchen vveiten ſchrantz.

Et parte IV. *Nun legen von euch das ſtreit gevvant,*
Helm vnd ſchild vvol von der hand.
Die ſchvvert vnd auch die Brinne gut,
Ir ſeit vor ſchaden vvol behut.

Et manſit vox Gallis, *Brunie*, loricam ſive thoracem, totamque adeò armaturam ſignificans. Nam quod in Lege Longobard. *lib.* 3. ſcriptus eſt titulus 17. talis. *De bruncus* (bruncis legendum, quod & in margine invenies) *extra noſtrum regnum non vendendis.* tali lege Karoli Imp. ſubjecta: *De bruncis ut nullus extra regnum noſtrum vendere præſumat.* Et congruit cum Romanâ lege *ult. C. Quæ res exportar. non deb.* Idipſum (inquam) in Capitulari Karoli & Ludovici Impp. *lib. 6. cap. 212.* ita eſt: *Vt armilla & bruniæ non dentur negotiatoribus.* Et Addit. Lud. Imp. *lib. 4. cap. 91 De loricis extra regnum non vendendis. De brunys, ut nullus foràs noſtro regno vendere præſumat.* Vbi Pithœus in gloſſario locum neſcio unde petitum addit, apprimè huc facientem:

cientem: *Vt omnis homo de XII. menſis bruniam habeat.*

Duobus ſcutarijs] An ſcutis duobus, quorum uno perforato vel diſſecto alter ſuperſit; an verò armigeris, *ſchü Zen* non liquet. Hoc notemus, ut *feudum loricæ* Gallis dictum ſupra tetigi, ita *ſcutagium*. id eſt, ſervitium ſcuti Anglis. *Feuda ſcutiferorum* appellantur etiam apud Ardizonem. Cujac. *lib. 4. Feud. t. 74.* Vt feuda vexillorũ, Fahnlehen, Banderetz, banneretz.

Scutarij ſingulas] Suſpicor hîc eſſe lacunam, & legendum: *Tot bruntas cum duobus ſcutarijs ducant, & in ſingulos ſingulas marcas accipiant.* Vtinam & alterum exemplar adfuiſſet vel adeſſet.

Quod abſit] bominatur clientelæ fidem non ſolidam, & in plures dominos diviſam, quòd grave ſit duobus dominis ſervire, ut eſt in Evangelio. Itaq; apud majores noſtros memorat & laudat Tacitus, quòd ſingulis Principibus Comites & clientes ſui adhærerent, & quidem devotione, ut *infame illis & probroſum haberetur, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie rediiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoq; fortia facta gloriæ ejus aſſignare præcipuum ſacramentum; Principes pro victoriá pugnant, Comites pro Principe.* Hoc quomodo fiet inter plures dominos? Vnde in jure cautum eſt, duorum dominorum vaſallum ligium eſſe non poſſe. *lib. 2. Feud. t. 52. §. Satis bene.*

Tantum ſe daturos] Ipſis dominis, unde alios ſibi comites conducere poſſint. Hæc velut mulcta quædam eſt, in odium diverſos dominos habentium conſtituta, quod priſca illa integritas (ut dictum) averſabatur. Vetus author de beneficijs. §. *110. Si homo duos vel tres habeat dominos, ſi quis prius inter eos ſibi Regis ſervitium denun-*

402

tiet, illi homo ſerviet, & expeditionis auxilium alijs det, ſi quod habet ab eis beneficium. Vel ſubſtitutum acceptabilem alteri domino mittet, ut eſt apud Ardizon. *in extraord. cap.* 21. 2. *Feud. t.* 55. §. *Firmiter.*

Præfato loco] Roncalijs.

Eccleſiarum filijs] Fortè ſcribendum *fidelibus.* Quid enim filij Eccleſiarum, quum nec Eccleſiaſticorum eſſe debeant? Niſi fortè ita mos tulit, quum prælatos *Patres* ſuos vocarent, & *Paternitatem* illorum ſalutarent, viciſſim *Filios* ab illis audijſſe. Ceterùm Eccleſiæ, ex quo tempore bonis, latifundijs, prædijs, reditibus auctæ fuerunt; beneficiarios etiam ſuos ſibi libellis, precarijs, feudis acquiſierunt; & milites, fideles, miniſteriales, advocatos ſuos habuerunt. Immò pro hac ipſa regiâ expeditione peragendâ certum numerum militum, id eſt, nobilium vaſallorum ſibi aſſignatum ſuſtentare neceſſe habebant, ut præter hiſtorias ex hoc ipſo diplomate, & alijs Imperatorum conſtitutionibus notum eſt, ut. 2. *F. t.* 52. 55. *in pr. &* §. *Firmiter.*

Miniſterialibus] Ita in diplomatis Epiſcoporum & Abbatum, poſt clericos ſubſcripſit Advocatus, poſt hunc miniſteriales, deinde fideles. Videſis valvas Eccleſiarum, Spirenſis, Wormatienſis, Moguntinenſis.

Principum clientela] Qui feuda à Principibus non habent, ſed affidati, clientes, ſtipendiati, miniſteriales, Palatini eorum ſunt, & (ut mox exponitur) quotidiè ad ſerviendum parati eſſe debent. Diſcerſi ergò miniſteriales à vaſallis, re & nòminibus, quibus in antiquis inſtrumentis ſeparantur. *Comitium de N. cum caſtris & munitionibus, fidelibus, vaſallis, miniſterialibus, hominibus & omnibus attinentijs.* Et in Teutonicis fideles, *Mann & Lehenleuten*

henleutte; miniſteriales *dienſtleutte* vertuntur Vide 2. *Feud. t. 27. de Pace tenendi & eius violatoribus. §. Si quis quinq; ſolidos. 8. Verſ. Si miniſteriales.*

Quinque manſos] Reſtringitur hoc in prælatis, ut non denorum, ſed quinorum manſorum beneficiarij totidem halſpergas bruniaſve ducant; quòd hi non tam crebras manſorum decades elargiri poſſint, vel ſoleant.

Et hoc in arbitrio] Dominorum eſt electio & delectus quos ducant ſecum, quibus ſtipendia imperent, quibus remittant.

Halſpergas concedant] Prorſus remittant, condonent. Hi ſunt quos ſuprà diximus, bonâ cum gratiâ & voluntate dominorum domi remanere.

Quinque libra] Libra (ait Cujacius) æſtimatur ſolidis 20 ſolidi denarijs 12. inter Salicos; 40. inter Saxones & Friſones, *l. 1. & 3. Longobard. 2. de quantit. ſolidor.* ſed calculus & nummaria ratio eius ævi poſteris nobis valdè obſcura, & propè inexplicabilis eſt.

Et duo equi] Ergò vaſalli equos non præſtabant, ſed domini eos præbebant. Vel fortè hic legendum, *elatur* pro, *addatur*.

Soumarius] Equus clitellarius, onerarius, *ſaumros*. In epiſtolis Petri de Vineis ſæpè *ſauma*, clitellę, quæ ab equo commodè geſtari poſſunt.

Procuratione] id eſt, victu, ſumptu, cibarijs. Nam in eundo quidem ad Roncalias & redeundo (ut ſupra cautum) ſtipendio ibi definito contenti eſſe debent; in loco autem à dominis paſcentur. Ut & cum vaſalli

ſalli ad dominorum inſtantiam curiam habent, id eſt, judicium feudale exercent, à domino paſcuntur. De quo latè Auctor ille *De Beneficiys, t. de Ordine placit.* § 62.

Quicquid à rebellibus regni] De prędâ tertiam retinent vaſalli, quos domini paſcunt; quos non paſcunt, duas tertias. Alia manubriarum & agri occupati dividendi ratio apud Romanos, ut *tit. D. de Re militari* & Limitum Auctores docent, nec explicare hujus eſt loci.

Officiarios ſpeciales] Miniſteriales hi vocantur, qui non beneficiati ſeu feudati, ſed curiali & Palatino vel aulico jure cenſentur. Vetus auctor de beneficiis § 111. *Quicquid homo non ſuſcipit per hominium, non judicatur eſſe beneficium; ſicut quum bona concedit dominus ſuis miniſterialibus non per hominium, ſed ſecundum jus curiæ; hæc conceſſio caret beneficiali jure, ſi eſt conceſſio officialis. Quicunque tamen miniſterialis nationecerit ex juſtitia, Dapifer, aut Secretarius,* (malim legere *Pincerna*) *aut Camerarius aut Marſchalcus.* Hæc quatuor officia (ut ſic dicam) cardinalia, in ipſo Imperio & Aulâ præcipua, pro ſummo beneficio à Cæſaribus olim dabantur. Sed & ſine his nullus juſtus Principatus habebatur. Vt autem in Imperio paulatim hereditaria eſſe cœperunt; ita & ſub Principibus, equeſtribus tandem familiis jure perpetuo adſcripta fuerunt.

Decem libræ] Ergò duplo plus, & uno equo amplius habent hi officiales ceteris miniſterialibus. Marſchalco autem, cujus ſub diſpoſitione ſtabulum & res equeſtris, non injuſtâ prærogativâ quartus etiam additur.

Præcurrendum] Levis equus, *Ronzinum* Lombardi, & Franci, *Ronſin de ſervice.*

Pugnan-

Pugnandum] Dextrarium illa ætas vocabat, *Deſtrier.*

Remanere] domi.

Monetæ] Incertum quomodo hæc lacuna explenda ſit, *tabul*[illegible] *m*[illegible]*, talento.* Nam & in hoc variatum. Vetus auctor de Beneficiis §. 15. *Ibunt illuc & alij omnes imperialia beneficia habentes, quiſq; cum domino ſuo, niſi talento decimo iter redemerit, quod anno itinere à domino ſuo habuerat.* Ita in libris Feudorum Conradus Rex ſtatuit, *in Lombardia de modo duodecim denarios, in Teutonica terra tertiam partem fructuum perſolvi. 2. Feud. t. 40. de Capitulis Conradi, Verſ. Præterea.* Fridericus modò indefinitè, *pro quantitate feudi ſtipendia militibus perſolvi. 2. Feud. t. 52. de* [illegible] *Verſ. Ut autem æquitas.* modò definitè, *dimidium reditus feudi unius anni domino ſubminiſtrari 2. Feud. t. 55. de Prohibita feud. alienat. per Frideric. § Firmiter.* Hic totus fructus feodi in illo anno expoſcitur.

Pro ſtipendio] Ita & ſupra; *Sed ſtipendia niſi voluntate dominorum non prætermittant.* & *2. Feud. t. 54. de Allo* [illegible]*. Quicunq; indicta publica expeditione Romam, aut ſuſcept*[illegible] *Imperij vocaverant, Regem, aut ſub rege dominum ſuum non adjuverit, aut eundo cum illo, aut pro* [illegible] *militia perſolvendo, feudum perdat.* Proprio autem & vernaculo nomine hæc ſtipendia vocantur *Hoſtenditiæ. 2. Feud. t. 40. de Capitulis Conradi, Verſ. Præterea, Hoſtenditiæ* [illegible] *adjutorium quod faciunt dominis Romam cum Rege* [illegible] *pergentibus vaſalli, qui cum eis non vadunt.* Quam vocem à nullo hactenus Feudiſtarum rectè expoſitam video, nec parum certè ab cæteris eam in [illegible] aut [illegible] corruptam. Eſt enim merè & verè Teutonica, [illegible] ſervitium in exercitu, vel pecunia qua illud redimitur ea-

[illegible]

[illegible] Poſt [illegible]

[illegible]

Decem [illegible] [illegible]

[illegible]

Nouem [illegible] [illegible]

[illegible]

Digitized by Google

Manſionarius] Qui manſionem veſtitum habet, quem Regisarcenſi Aventino credimus, vel manſum dimidium. Quandoquidem ille dimidium tantummodo, quod ille integrum daret, pendere iubetur.

Abſarius] Qui manſum abſum, quod quid ſit, pariter [illegible] ignotiſſimis. Eſt apud Welſerum Anonymo Arnonis Epiſcopi, tempore Karoli M. Regis, hoc eſt, Indiculus quæ quis Epiſcopatui Salisburgenſi tradidit, in quo manſi nunc Apſi nunc veſtiti [illegible] occurrunt: *Tradidit Romanos, & tributarios manſos LXXX. [illegible] veſtitos & abſos. Manſos veſtitos [illegible] XX. [illegible] & [illegible] & abſos. Manſos tributales IV. abſos. In loco qui vocatur Salinas fornaces XX. & totidem patellas, & [illegible] [illegible] [illegible], cum [illegible], [illegible], prato, paſcuis, farinarijs. In loco nuncupato Hal [illegible] integrum, quod vulgariter dicitur [illegible]*; nunc obiter addam, eſt puteus aquæ in Sale excoquendæ, Ottfrido monacho docente *lib. 2. cap. 14.* *[illegible]* Et poſtea. *[illegible]*, cuius machina & tolleno gabalum ſeu patibulum refert. *[illegible] & abſos. & [illegible]. [illegible] [illegible] cenſum dare unuſquiſq; homo, qui in Hal [illegible], quod [illegible], tam hi qui in [illegible] & [illegible] [illegible].* Appoſui omnia, etiam extra rem, ſi quid inde fortè Lector emere ſibi poſſit.

Bunaſarius] Calamum abiicio. Obſervamus tamen vox *[illegible]*, quæ partem ædium ſub tecto, aut ſuperficiem, vel ſuggrundam etiam hodie ſignificat. Ergo forte ſuperficiarius hic aliquis, vel forte *[illegible]* legendum, qui pariter nobis notus.

[illegible]

[illegible]

Quod & Aventinus [illegible]

[illegible]

Anno ab incarnatione [illegible]

[illegible]

DCCXC. [illegible]

[illegible]

do poteſt. Et facilis lapſus eſt ſcriptorum in numeris. Reſcribendum ergo eſt neceſſario D C C C X X C. vel ſequens annus.

Regni autem eius] Hæc quoque confuſa & mutilata ſunt; cum alias diſtinctè ſingulorum regnorum ſuorum annos annotare conſueverit; ut in illo diplomate quod Peutingerus refert in ſermonibus de Germaniæ: *Dat. XV. Kal. Mart. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVI, Indictione IV, anno Imperij Karoli Imperatoris in Italia VI, in Francia V, in Gallia I. Actum in villa* [illegible] *Rotvvil vocatur.* Ita & in aliis apud Sigonium, & in hoc memorabili, quod fidei faciendæ (uti promiſimus) ſubijciemus ex veteri membrana.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si locis Deo dicatis ex noſtris rebus pro Dei amore & remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum aliquid conferimus, & neceſſitates ſervorum Dei aſſiduè ſibi famulantium noſtro ſublevamus juvamine, id procul dubio & nobis ad æternam vitam feliciter obtinendam, & parentum noſtrorum animabus ad veniam conſequendam profuturum liquido credimus. Quà de cauſa omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumq́; præſentium ſcilicet & futurorum, comperiat manſuetudo,

tudo, qualitas [illegible] Ele[illegible] [illegible] plurimorum [illegible] pia recordationis [illegible] III. [illegible] Hic [illegible] quod vocatur [illegible] Imperatoris [illegible] Ludovicus [illegible] & [illegible] quarum [illegible] & prosperitati [illegible] in Ecclesia [illegible] Alexander [illegible] Imperatore [illegible] silvis, cultis & incultis, [illegible] aquarum [illegible] & [illegible] Eo [illegible] Dei [illegible] Ecclesia [illegible] & [illegible]

tam

tæ res in beneficium tradantur, ſed ita auxiliante Deo permaneant, ad uſus fratrum & luminariam inextinctam, veluti prælibando ſtatuimus. Unde & hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus, per quod decernimus atque jubemus, ut nec noſtris, nec ſucceſſorum noſtrorum temporibus ullus habeat poteſtatem, ex ſupraſcriptis rebus aliquid minuere, ſubtrahere, vel immutare: ſed ita inviolabiliter permaneant, veluti prælibavimus. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, & per futura tempora verius à cunctis credatur, & diligentius obſervetur, manu propriâ ſubter eam firmavimus. & annulo noſtræ impreſſionis juſſimus ſigillari. Karolus Imperator Auguſtus; Segoinus notarius ad vicem Luitvvardi Archicãcellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data III. Id. Junii, An. ab incarnatione Domini, DCCCLXXXIV. Indictione II. anno verò regni domini Karoli Auguſti VIII. Imperii autem IV. Actum VVormatia, in Dei nomine feliciter. Amen.

MAN-

MANTISA.

Der Römerzug/ ſive expeditio Romana, eſt comitatus, qui Romanorum Regi, Romam pro conſequendâ coronâ Imperii Romani eunti, præſtandus eſt. Jure communi feudali vaſallus tenetur comitari Dominum ſuum, qui Principem Romanum Romam deducturus eſt, ut ibi coronetur, aut alium æquè bonum, dominoq; acceptabilem mittere, aliàs ſolvet dimidium redituum & fructuum iſtius anni. *2. Feud. t. 40. de Capitulis Corradi. & t. 55. de Prohib. feud. alienat. per Frideric.* §. *Firmiter. & ibi* Alvarott. Quod jure Saxonico limitatur: Sächſiſch Lehenrecht cap. 4. Wann aber die Teutſchen einen Künig kieſen/ vnd er dann gen Rom zeucht zu der Weyhung/ ſo ſeind pflichtig/ ſechs Fürſten mit jhm zu ziehen/ die die erſten in deß Reiches köre ſeind. Der Biſchoff von Mentz/ vnd der von Trier/ vnd der von Kölen. Vnd der Pfaltzgraff von dem Rein/ der Hertzog von Sachſen/ vnd der Margraff von Brandenburgk/ durch das/ daß dem Bapſt wiſſentlichen werd/ deß Künges rechte köre. Auch ſoll damit ziehen ein jeglicher Mann (mit ſeinem Herzen) der deß Reiches Lehengut von jhm zu lehen hat/ odder ſoll die fart löſen/ mit dem zehenden pfund des Zynſes den er jerlichen von im hat. Dieſe herfart ſoll man aufbieten ſechs wochen/ vnd ein Jare vnd drey tage zuvor (ehe der ſamnung) vnd dieſe herfart/ endet ſich an dē teutſchen/ als der Künige geweyhet wird. Matthias Colerus *Deciſion. German.* 91. n. 2. ubi hæc addit: Nach dem brauch aber deß Heiligen Römiſchen Reichs/ iſt der Römiſche zug auff zwantzig tauſend zu fuß/ vnd vier tauſend zu Roß/ auff ſechs Monat ange-

ſchlagen / vnd einem jeden Stande deß Reichs nach gelegenheit ſeiner Güter eine anzahl / wie viel er zu Roß vnd Fuß / daran ſchicken / oder von jedem zu Roß zwölff gülden / vnd zu Fuß vier güldē an gelde erlegen / vnd bezahlen muß / aufferlegt. Hoc eſt: Jure Saxonico, omnis vaſallus, qui à principe ſuo de feudo Imperii ſubinveſtitus eſt, dominum ſuum comitantem Regem Romanorum verſus Romam, comitari tenetur, aut iter illud redimere debet decimo pondo ejus penſionis, quam annuatim à domino ſuo habet. Conſuetudine tamen Imperii Romani comitatus Romanus eſt ad viginti mille pedites & quatuor mille equites, ad ſex menſes conſtitutus, & unicuiq; ſtatui Imperii, juxta conditionem ſuorum bonorum, certus numerus peditum & equitum definitus, quem mittere tenetur, aut pro unoquoque equite 12. florenos, & pro ſingulo pedite quatuor florenos ſolvere. Chriſtoph. Zobel. *Different. Jur. Civil. & Saxonic. part 3. Different. 34.* n. 8. & ibi Benedict. Reinhard. Römiſcher Kayſerlicher Mayeſtat abſchied / auff dem Reichstag zu Wormbs Anno 1521 auffgericht §. Auch haben vns Churfürſten / Fürſten vnd Stände deß H. Reichs / zu ſolchem vnſerem ehrlichen fürnemmen / auff vnſer gnädigs geſinnen vnd begeren / ein dapffere groſſe hülff / nemblich vier tauſent zu Roß / vnd zwäntzig tauſent zu Fuß / ſo fern fried vnd Recht im Reich ſeyn / vnd gehalten werde / vngefährd / bewilligt vnd zugeſagt / die auff die zeit vnd malſtatt / wie Wir vns dann mit jhnen ſonderlich vergleicht vnd vereynigt haben / erſcheinen / vnd vns / zu ſolchem vnſerem fürnemmen trewlich dienen vnd helffen ſollen vnd wöllen. Verùm hodiè cum ſit rarior uſus hujus expeditionis Romanæ, nomen quidem retinetur, ſed res fere ad alium uſum, pro neceſſitate Imperii, transfertur. Hinc fit,

quod

quod ſumptus, qui ad bellum Turcis inferendum à ſtatibus Imperii conferũtur, nonnunquam ad quantitatem expeditionis Romanæ computentur. Abſchied deß Reichstags zu Regenſpurg im Jahr 1576. auffgericht. §. Dieweil aber vnſern Königreichen/ 2c. ibi, auff den einfachen Römerzug nach eines jeden gewönlichen anſchlag. & Abſchied deß Reichstags zu Augſpurg/ im Jahr 1582. auffgericht §. Wann dann dem Heiligen Reich 2c. ibi, auff den einfachen Römerzug/ nach eines jeden gebürlichen anſchlag zur beharrlichen defenſiffhülff 2c. Abſchied deß Reichstags zu Regenſpurg im Jahr 1594. auffgericht. §. Wiewol nun Churfürſten/ Fürſten 2c. Ibi, zu abwendung deß Türckiſchen fürbrechens einer freywilligen mitleidenlichen hülffleiſtung ſich entſchloſſen/ vnd auff den einfachen Römerzug 2c. & Abſchied deß Reichstags ibid. im Jahr 1598 auffgericht. §. So iſt doch von jhnen 2c. ibi, ſich einer nachmaligen mitleidenlichen freywilligen hülffleiſtung entſchloſſen/ vnd nemlich auff den einfachen Römerzug 2c. Abſchied deß Reichtags Ibid. im Jahr 1603. auffgericht. §. Nichts deſto weniger/ Ibi, ſich abermals einer freywilligen mitleidenlichen hülffleiſtung an Gelt/ dem einfachen Römerzug nach 2c. Et quandoque ſimplices ſunt ſumptus, nach dem einfachen Römerzug/ ut jam dictum, quandoque duplicati, quandoque etiam pro dimidio ſolvuntur. Abſchied deß Reichstags zu Regenſpurg anno 1541 auffgericht. §. Vnd wiewol Churfürſten 2c. Ibi, nemlich den halben anſchlag deß Romzugs. Interdum etiam ad alios uſus referuntur, puta ad demolienda caſtra bannitorum. Abſchied deß Reichstags zu Erffurt anno 1567 auffgericht. §. Wann Wir nun jhn vnſer Käyſerliche Propoſition. Ibi, nach jhren Reichs anſchlägen/ ſo viel dieſelbige anſchläge zu Roß vnd Fuß auff vier Ro=

489

nat einfach/ an ſo viel Gelt ertrugen/ ꝛc. Item ad extruenda & munienda fortalitia. Reichs abſchied zu Speyer/ anno 1570. auffgericht/ §. Erſtlich/ dieweil noch ein anſehenlicher vorrath an Gelt im H. Reich bevor/ ſo von gemeinen Ständen zur beharrlichen Türckenhülff auff näheren Anno Sechtzig ſechs zu Augſpurg/ vnd Anno Sechtzig ſieben zu Regenſpurg/ gehaltenen beyden Reichstägen bewilligt/ vnd biß dahero in den verordneten legſtätten/ Franckfurt/ Nürnberg/ Regenſpurg/ Augſpurg vnd Leiptzig/ zuſammen getragen / vnd verwahrlich behalten/ daß wir ſolchen vorrath zum theyl oder zu mal/ vnſer notturfft nach / zu vnſern handen nemmen ſollen vnd mögen/ damit obermelte vnſerer Hungeriſchen vnd Zipſiſchen Landen ort/ Päß vnd Flecken/ vnſerm gut achten nach/ zum beſten zu erbawen/ vnd zu befeſtigen.

BIBLIOTECA ROMA

F I N I S.